



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

XXXVII. De Senibus, vel Infantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

ad Balnea, licet è diuersis Monasterijs ibi conueniant, aliorum tamen Monasteriorum nostrorum Superioribus deferant, quos ibi adesse contigerit, conferantque simul omnia, tanquam Fratres, & commodè fieri potest, simul cohabitent.

6. Nec pecunias pro expensis Balneorum sibi creditas aliter expendere præsumant, rectoque itinere vadant & reuertantur, nullo pacto vagantes ad alia loca diuertentes. Contrafacientes dicantur Peccatum ex integro, vltimus arbitrio Superioris grauiter puniendi.

7. (NON NEGLIGANTVR INFIRMI.) Non solum in temporalibus, sed nec in spiritualibus etiam, vt videlicet admoneantur, ne omittant propter infirmitatem Confessionem, & Communionem temporibus consuetis, imò hortentur, vt eam diligentius faciant.

De Senibus, vel Infantibus.

C A P. XXXVII.

Licet ipsa natura humana trahatur ad misericordiam, in his ætatibus, Senum vt videlicet & Infantum, tamen & Regulæ auctoritas eis prospiciat. Consideretur semper in eis imbecillitas, & nullatenus eis difficultas Regule teneatur in alimentis: sed fit eis pia consideratio, & præueniant horas Canonicas.

(SENVM.) Non tam ætate, quam imbecillitate, iuxta Prælati considerationem. Infantes vero recipimus omnino, sicuti supra dictum est, de Prælati minori ætate.